

Bibliothèque de la Faculté de Philosophie et Lettres
de l'Université de Liège — Fascicule CCXLVII

COLLOQUE ÉRASMIEN DE LIÈGE

H. J. DE JONGE

FOUR UNPUBLISHED LETTERS ON ERASMUS
FROM J. L. STUNICA TO POPE LEO X (1520)

1987

Société d'Édition « Les Belles Lettres »
95, Boulevard Raspail, Paris (VI^e)

FOUR UNPUBLISHED LETTERS ON ERASMUS FROM J. L. STUNICA TO POPE LEO X (1520)

Erasmus' dispute with the Spanish biblical scholar Jacobus Lomis Stunica was perhaps the most vehement of all the controversies he had to carry on. In 1520 Stunica began the dispute by publishing an assault on Erasmus' new Latin version of the New Testament¹. In the course of the next four years Stunica published five further polemical writings against Erasmus. The latter replied five times. Originally, the controversy was about the translation and interpretation of specific New Testament passages, that is, about philological matters. But from the outset it was clear that Stunica's real intention was to bring Erasmus into discredit, not because of his philological shortcomings, but because of his sharp criticism of the traditions of the church, the decadence of the clergy and the formalism which reigned in the church.

That Stunica was motivated by a heart-felt horror of Erasmus' criticism of the degeneration of the church appears from four unpublished letters which he addressed to the Pope Leo X in 1520 (or 1521). These letters form the framework of Stunica's work *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates*. The publication of this long work was first prohibited by Leo X and after his death, on 1 December 1521, by an edict of the cardinals in Rome. When Adrian VI arrived in Rome, in August 1522, he too forbade the publication of the book. Between the death of Leo X and the arrival of Adrian VI in Rome, Stunica did publish an abridged version of the work, but this short version consisted of nothing but a series of quotations from Erasmus' works, presented as indicative of Erasmus' dangerous ideas. The original, integral version of the *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates* remained unpublished. But a manuscript fair copy of this original version, possibly the very copy presented to the pope, is preserved in Naples, where Stunica died in 1531. It is now in the Biblioteca Nazionale Vittorio Emanuele III, Fondo Principale, MS. VII B 41,

¹ For a complete and detailed survey of this controversy, see the introduction to volume IX-2 of the Amsterdam edition of Erasmus' works (*A.S.D.*), published in 1983, pp. 13-43. This introduction also includes a biography of Stunica and a complete bibliography of his works.

fos. 1-119². From this manuscript the four letters from Stunica to Leo X will presently be published.

The letters are of obvious importance. They show, for instance, that Stunica conceived his *Erasmī Roterodamī blasphemiae et impietates* as the counterpart to his *Annotationes contra Erasmum* of 1520. What the *Annotationes* had shown in the field of biblical philology was exactly what the *Blasphemiae et impietates* had to show in the field of dogmatic theology : Erasmus was a serious danger to the church and had to be reduced to silence by the pope, the sooner the better. In the first letter Stunica does not shrink from placing Erasmus in a tradition of redoubtable heresiarchs like Valentinus, Marcion and Bardasanes (a sequence borrowed from Jerome). In the fourth letter Stunica goes so far as to designate Erasmus a greater evil than the three antichristian authors Julian the Apostate, Porphyry and Celsus together. From the fourth letter it is also entirely clear that what Stunica wanted to achieve was Erasmus' excommunication. According to Stunica, Erasmus was the source of the Lutheran heresy and his elimination would bring about the end of Lutheranism.

Particularly illuminating is the detailed discussion of the *Encomium Moriae* (1511) in Stunica's fourth letter. Here it becomes abundantly plain that Stunica's anger had especially been stirred by Moria's criticism of the traditions and practices of the church, by her raillery at the theologians and the clergy³. The long passage on the *Encomium Moriae* reads as a review. Among Erasmus' criticisms mentioned by Stunica are those concerning :

- the worship of saints;
- image-worship;
- the lighting of candles for the Holy Virgin;
- the traffic in indulgences;
- superstition, especially the belief in fabricated miracles;
- the curiosity of theologians;
- the immorality of priests, who profit from the stupidity of the faithful;
- the luxurious and voluptuous life of the pope and the cardinals.

² P. O. KRISTELLER, *Iter Italicum*, I, p. 403, Leiden/London, 1963.

³ That Stunica had been seriously offended at the *Encomium Moriae* had already become apparent from his caustic remarks about the book in his *Annotationes contra Erasmum Roterodamum*, Alcalá, 1520, at Matthew 11 : 25.

Here we have an extensive reaction, written about ten years after the first edition of the *Moria* appeared, to the Rotterdammer's best known work. Stunica's reaction must be representative of the views held by many traditional catholics of his and Erasmus' time.

The whole of Stunica's *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates* consists of three books. The letters I to III form the prefatory letters to book I, II, and III respectively. Letter IV is the epilogue to the whole work.

I

Beatissimo Patri et Domino nostro Leoni X, Pontifici Maximo, Iacobus Lopides Stunica S.D.

Cum opus illud ⁴ quod nuper edidi contra Erasmum Roterodamum in defensionem tralationis ecclesiasticae Noui Testamenti componerem, Pater Beatissime, atque eam ob rem totum Annotationum eiusdem librum, quo tralationem suam nouam in veteris et vsitatae suggillationem tueri pro viribus nititur ⁵, a vertice (vt aiunt) ad calcem me legerem oportuisset, incidi inter legendum in nonnullas digressiones (sic enim appello, cum extra propositam materiam sint) quas obiter et velut aliud agens annotationibus illis suis inseruit. Eas autem, quum partim impiae, partim blasphemae, partim etiam insanae et temerariae ac non ea reuerentia qua oportuerat prolatae mihi visae sunt, placuit seorsum annotare ac per ordinem, vt vnaquaeque se obtulit, in libellum redactas Beatitudini tuae legendas examinandasque proponere. Neque hoc negocium aliquo modo negligendum existimo. Quippe multis in locis, nisi forte ego hallucinor, nonnihil Hussitarum Erasmus referre videtur. Refert etiam aliquae quae impiissimi Luterii dogmata, nisi ab Erasmo potius Luterius accepit, sine dubio fulciunt.

Memini me quamplurimis viris litteratissimis in Hispania nostra atque in primis bonae memoriae Francisco Cisnerio ⁶ cardinali

⁴ Iacobus Lopides STUNICA, *Annotationes contra Erasmum Roterodamum in defensionem tralationis Novi Testamenti*, Alcalá, 1520.

⁵ In principle this appreciation of Erasmus' *Annotationes in Nouum Testamentum* is very much to the point: the function of the *Annotationes* was to defend and justify the wording of Erasmus' fresh Latin translation of the New Testament.

⁶ Francisco Ximénez de Cisneros (1436-1517), Cardinal Archbishop of Toledo, founder of the University of Alcalá (opened in 1508). His chief claim to fame is the Complutensian Polyglot, begun in 1502 at the expense of

fos. 1-119². From this manuscript the four letters from Stunica to Leo X will presently be published.

The letters are of obvious importance. They show, for instance, that Stunica conceived his *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates* as the counterpart to his *Annotationes contra Erasmus* of 1520. What the *Annotationes* had shown in the field of biblical philology was exactly what the *Blasphemiae et impietates* had to show in the field of dogmatic theology: Erasmus was a serious danger to the church and had to be reduced to silence by the pope, the sooner the better. In the first letter Stunica does not shrink from placing Erasmus in a tradition of redoubtable heresiarchs like Valentinus, Marcion and Bardasanes (a sequence borrowed from Jerome). In the fourth letter Stunica goes so far as to designate Erasmus a greater evil than the three antichristian authors Julian the Apostate, Porphyry and Celsus together. From the fourth letter it is also entirely clear that what Stunica wanted to achieve was Erasmus' excommunication. According to Stunica, Erasmus was the source of the Lutheran heresy and his elimination would bring about the end of Lutheranism.

Particularly illuminating is the detailed discussion of the *Encomium Moriae* (1511) in Stunica's fourth letter. Here it becomes abundantly plain that Stunica's anger had especially been stirred by Moria's criticism of the traditions and practices of the church, by her raillery at the theologians and the clergy³. The long passage on the *Encomium Moriae* reads as a review. Among Erasmus' criticisms mentioned by Stunica are those concerning:

- the worship of saints;
- image-worship;
- the lighting of candles for the Holy Virgin;
- the traffic in indulgences;
- superstition, especially the belief in fabricated miracles;
- the curiosity of theologians;
- the immorality of priests, who profit from the stupidity of the faithful;
- the luxurious and voluptuous life of the pope and the cardinals.

² P. O. KRISTELLER, *Iter Italicum*, I, p. 403, Leiden/London, 1963.

³ That Stunica had been seriously offended at the *Encomium Moriae* had already become apparent from his caustic remarks about the book in his *Annotationes contra Erasmus Roterodamum*, Alcalá, 1520, at Matthew 11: 25.

Here we have an extensive reaction, written about ten years after the first edition of the *Moria* appeared, to the Rotterdammer's best known work. Stunica's reaction must be representative of the views held by many traditional catholics of his and Erasmus' time.

The whole of Stunica's *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates* consists of three books. The letters I to III form the prefatory letters to book I, II, and III respectively. Letter IV is the epilogue to the whole work.

I

Beatissimo Patri et Domino nostro Leoni X, Pontifici Maximo,
Iacobus Lopides Stunica S.D.

Cum opus illud ⁴ quod nuper edidi contra Erasmum Roterodamum in defensionem tralationis ecclesiasticae Noui Testamenti componerem, Pater Beatissime, atque eam ob rem totum Annotationum eiusdem librum, quo tralationem suam nouam in veteris et vsitatae suggillationem tueri pro viribus nititur ⁵, a vertice (vt aiunt) ad calcem me legerem oportuisset, incidi inter legendum in nonnullas digressiones (sic enim appello, cum extra propositam materiam sint) quas obiter et velut aliud agens annotationibus illis suis inseruit. Eas autem, quum partim impiae, partim blasphemae, partim etiam insane et temerariae ac non ea reuerentia qua oportuerat prolatae mihi visae sunt, placuit seorsum annotare ac per ordinem, vt vnaquaeque se obtulit, in libellum redactas Beatitudini tuae legendas examinandasque proponere. Neque hoc negocium aliquo modo negligendum existimo. Quippe multis in locis, nisi forte ego hallucinor, nonnihil Hussitarum Erasmus referre videtur. Refert etiam aliquae quae impiissimi Luterii dogmata, nisi ab Erasmo potius Luterius accepit, sine dubio fulciunt.

Memini me quamplurimis viris litteratissimis in Hispania nostra atque in primis bonae memoriae Francisco Cisnerio ⁶ cardinali

⁴ Iacobus Lopides STUNICA, *Annotationes contra Erasmum Roterodamum in defensionem tralationis Novi Testamenti*, Alcalá, 1520.

⁵ In principle this appreciation of Erasmus' *Annotationes in Nouum Testamentum* is very much to the point: the function of the *Annotationes* was to defend and justify the wording of Erasmus' fresh Latin translation of the New Testament.

⁶ Francisco Ximénez de Cisneros (1436-1517), Cardinal Archbishop of Toledo, founder of the University of Alcalá (opened in 1508). His chief claim to fame is the Complutensian Polyglot, begun in 1502 at the expense of

Toletano, principi meo, saepius olim retulisse verendum esse, ne Erasmus Roterodamus haeresim in ecclesia suscicaret, cum praesertim inter illos versaretur populos qui simplicissimi ingenii sunt. Qui homines non secus ac numen quoddam venerantur. Quos facile est in perniciosissimam quamlibet sectam pertrahere.

In commentariis super Osee refert Hieronymus neminem posse *haeresim astruere nisi qui ardentis ingenii sit et habeat dona naturae quae a Deo artifice sunt creata*, talemque fuisse ait *Valentinum, talem Martionem. Quos doctissimos fuisse constabat. Talem denique Bardesanem, cuius etiam philosophi admirarentur ingenium* ⁷. Talis profecto Erasmus Roterodamus est, Pater Beatissime, qui (vt ex eius scriptis percipi potest) ingenium habet ardentissimum, saecularem eloquentiam, vim dicendi acerrimam, temerariam procacitatem, audaciam perditissimam. *Foenum habet in cornu* ⁸. Nihil inausum, hihil intentatum relinquit. Nemini parcit. Neminem non floccifacit. Nullus est in quem maledicentia illa rabiosa ingenio suo peculiari non totus invehatur. Nam quid referam quam effrenata mordacitate non solum veterem ecclesiae interpretem ⁹, verum etiam Sanctarum Scripturarum expositores insectetur? Nicolaum Lyranum, Vgonem Carrensem pro despiciatissimis habet. *Dignum* inquit Carrensem *qui carrucas agat* ¹⁰, virum, vt litteraturam praeteream, sanctae Romanae ecclesiae cardinalem. Hunc alibi per derisum *mataeologum* appellat ¹¹. Iam vero sanctiores his animas et eruditiores Isidorum nostrum et Thomam Aquinatem quibus non conuiciis lacessit? A veteribus autem ecclesiae doctoribus libere dissidere pro nihilo ducit. Hieronymum et Augustinum, duas ecclesiae firmissimas columnas, vel memoria lapsos, vel impense credulos, vel studio

Ximénez, who assembled a group of scholars (among them Stunica) at Alcalá. Here the polyglot was finally printed in 1514-1517. On the death of king Ferdinand in 1516, Ximénez became regent of Castile during the minority of Charles V : that is why Stunica calls Ximénez « my prince ».

⁷ JEROME, *Commentarii in Prophetas minores : In Osee*, II, x, 1, in : *Corpus Christianorum*, Series Latina, 76, p. 106, Turnhout, 1969.

⁸ HORACE, *Sat.*, I, 4, 34, quoted by JEROME, *Ep.*, 50, 5. — Cfr A. OTTO, *Die Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten der Römer*, Leipzig, 1890, p. 93 : « Foenum habet in cornu, longe fuge : nimm dich in acht vor ihm (wie vor einem böartigen Ochsen, dessen Hörner man, um die Leute zu warnen, mit Heu umwickelt hat », etc.).

⁹ JEROME. But the Vulgate was not his work, according to Erasmus.

¹⁰ Somewhere in the *Annotationes in Nouum Testamentum* of 1516; I have not found the passage, but cfr *Ann. in Iac.* 2 : 13 : « inehit holas hamaxas ».

¹¹ In the annotation on I Tim. 4 : 15 in the 1516 edition of the *Nouum Instrumentum*.

Scripturas Sacras in suas opiniones detorsisse impudentissime blatterat. Et ne longius procedat oro. Vix aliquid reperietur ab Erasmo conscriptum quod non impietatibus, non blasphemis, non in omne hominum genus acerbissimis conuiciis respersum esse videatur.

Quae cum ita sint, oportet te, Patrem Sanctissimum, te indubitatum Christi vicarium, te catholicae ecclesiae magistrum, hominis temeritati auctoritate tua sanctissima obuiare, blasphemoque ori frenum imponere. In chamo, inquam, et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te; qui de fide catholica, quam tu praedicas, et tecum vniuersalis praedicat ecclesia, non recte sentiunt; qui noua dogmata, qui insanas assertiones, qui impias haereses in ecclesiam inuehere conantur; qui oues tuas morbo suae impietatis inficere laborant. Repurga, Pater Sanctissime, repurga falce apostolicae potestatis agrum dominicum Diaboli opera zizania superseminatum¹². Euelle lolium, spinas reuelle, ne forte succrescentes et triticum suffocent¹³. Quod cum feceris, non solum Erasmus blasphemum, verum etiam reliquos id genus homines ab huiusmodi ausis facile deterrebis, sanioraque sapere vel docebis, vel coges. Sed de his hactenus.

Nunc, Pater Beatissime, Erasmi vel insanias, vel blasphemias, vel impietates perlegito, atque ita quidem perlegito, vt singula eius verba sapientiae tuae trutina pensites. Reperies *anguem in herba* latitantem¹⁴, et impiissimam haeresim tinnulis verborum inuolueris adopertam. Et quid dico adopertam? Immo, patentem; immo, in propatulo expositam; immo, se ipsam impudenter ostentantem. Quam ne in simplicis et ineruditae plebeculae pectora cum maxima animarum perniciie penitus irrepit, tu, Pater Beatissime Leo X, Pontifex Maxime, quam citius fieri poterit, extinguere ac de memoria hominum abolere curabis.

II

Beatissimo Patri et Domino nostro Leoni X, Pontifici Maximo, Iacobus Lopides Stunica salutem.

Cum superiore libro¹⁵ Erasmi Roterodami blasphemias et impie-

¹² Mt. 13 : 24-30 and 36-38.

¹³ Mt. 13 : 7; Mc. 4 : 7; Luke 8 : 7.

¹⁴ VERGIL, *Ecl.*, 3 : 93 : « latet anguis in herba ». — Cfr OTTO, *Sprichwörter*, p. 25 : « ist kein Sprichwort ».

¹⁵ The first book of Stunica's *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates*.

tates ex eiusdem Annotationibus in Nouum Testamentum, cum easdem transcurrerem a me obiter excerptas, Beatitudini tuae legendas examinandasque proposuerim, Pater Beatissime, visum mihi est haud a praesenti negotio futurum alienum, si ea, quae ad eundem modum in scholiis quas in epistolas diui Hieronymi idem Erasmus edidit ¹⁶, ab eo conscripta reperimus, in publicum etiam proderemus, quo Beatitudini tuae imprimis, caeteris deinde quibuscunque, in quorum manus liber hic noster aliquando peruenerit, facile possit innotescere eundem vbique esse Erasmum Roterodamum, id est, semper sui esse similem, hoc est, earundem blasphemiarum ac impietatum assertorem letaleque venenum, quod intra barathrum pectoris sui putridissimi concoxerat, non vnico in loco tantum illum effudisse, sed per omnia scriptorum suorum volumina passim sparsisse.

Fuerat autem animus in fine illorum librorum, quos contra eundem Erasmum super epistolarum diui Hieronymi inepta illa discussione ac infantissimis in easdem scholiis scribimus ¹⁷, insanas ac temerarias illius opiniones collocare, vt vno atque eodem opere et imperitiam simul hominis ac impietatem lectoribus ostenderem. Sed quum opus illud ob erratorum multitudinem quae singulis pene clausulis sese nobis offerebant longius procedebat quam initio credideram, neque ita facile, accedentibus etiam occupationibus, absolui posse sperarem, operepretium me facturum putauit, si litterariis erratis interim praetermissis, ad ea quae in homine impietatem sapere videbantur stilum conuerterem ac Beatitudini tuae vna cum praecedentibus eiusdem blasphemis ¹⁸ illa quoque legenda et iudicanda eodem opere deferrem, quo et morbidam istam ouem

¹⁶ The volumes I-IV of the Basle 1516 edition of Jerome's *Opera omnia* contain his *Epistolae*. These were edited by Erasmus, who also added short annotations, *scholia*, to Jerome's letters.

¹⁷ Stunica is referring to his *Annotationes in scholia Erasmi super epistolas Hieronymi*, a work he never published. A manuscript copy of these notes was sent to Erasmus after Stunica's death (1531); see n° 2705 in Allen's edition of Erasmus' correspondence. Stunica had worked at these *Annotationes* (sometimes they are referred to as *Scholia*) as early as 1520/1521; see ALLEN, *Opus*, t. 4, p. 629, l. 61-65 and n° 2637, l. 24 (with the note), and n°s 2705 and 2873. See also *A.S.D.*, t. IX-2, p. 38, n° 14, and p. 33. The work seems to be lost.

¹⁸ I.e., those collected from the *Annotationes in Nouum Testamentum* and dealt with in the first book of Stunica's *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates*.

tu, verus animarum pastor ac medicus¹⁹, ad pristinam sanitatem quam citissime reducas, ne et prauae illius opiniones simplicium animos subeuntes turbarum aliquid in ecclesia possint concitare.

Quamquam quicquid per Luterium impiissimum et miserrimos illius sectatores in Germania hactenus turbatum esse cernimus, Erasmo huic sine dubio acceptum referri debet. Caput ille horum est et causa malorum, Pater Beatissime. Ab isto tanquam a fonte Luterianae omnes impietates defluxere. Hic vnus in Luteriano pectore respirat. Ab huius immoderata dicendi libertate rabiosaque facundia audaciam Luteriani desumpsere in ecclesiasticorum mores tanta impudentia debacchandi ac tam immanes blasphemias contra sedem apostolicam per totum orbem diuulgandi. Huius conatus temerarios et impios si represseris, Pater Beatissime, omnes illas Luterianas nebulas quae ab isto exhalantur facile disieceris, peritissimos corporum medicos imitatus, qui non tantum morbos ipsos quantum morborum causas amputandas ex artis suae vsu esse censent. Fonte siquidem malorum prorsus exsiccato, vt perniciosi riui qui ab eo defluebant statim inarescant, necesse est.

Quam ob rem enitere, Pater Beatissime, vt malo huic tua occurras sapientia et iactabundum hominem suique opinione a multis iam annis inflatissimum humiliora sapere suprema tibi a Deo tradita compelle potestate, aut si, quod absit, in incaepo perstiterit, virga quidem apostolica, virga inquam ferrea²⁰ confringe *vas inutile*²¹ et trade *in interitum carnis*²², *vt spiritus saluus fiat*²³. Scimus nihil te magis laborare quam vt ecclesia catholica, cui diuina praece bonitate, dulcissima pace frui possit tuumque omne studium, tuam operam ac diligentiam in nulla re alia versari, nisi vt commissi tibi caelitus Petri nauicula²⁴, ventis licet impellentibus, atque atris desuper nebulis minitantibus, per medios huius saeculi fluctus illaesa ac tuta, vt ab optimo decet gubernatore,

¹⁹ The Ms. reads « verus » and « medicus » in the nominative, not « vere » or « medice » in the vocative.

²⁰ *Apoc.* 2 : 27; 12 : 5; 19 : 15.

²¹ *JER.* 48 : 38; *BARUCH* 6 : 15; *Rom.* 9 : 21-23.

²² *I Cor.* 5 : 5.

²³ *I Cor.* 5 : 5.

²⁴ « Nauicula Petri » is a popular mediaeval image of the church, often of the church in peril. See, e.g., Sebastian BRANT, *Das Narrenschiff*, Basle, 1494 (ed. M. Lommer, Tübingen, 1968²), paragraph 103, 63 : « Sant Peters schyfflin ist im schwangk », with Dürer's woodcut showing « sant peters schifflin ». Cfr *A.S.D.*, t. IX-2, p. 93, note to line 660.

recto abste cursu dirigatur. Hoc autem, Pater Beatissime, nisi haereses quae hinc atque inde contra ecclesiam catholicam nostris temporibus videntur pullulasse, quam primum reuellantur, effici nequaquam potest. Omnes autem impietates vna atque eadem opera de medio tolles, si hunc de quo nobis est sermo, ad viam veritatis vel coactum auctoritate tua reuocaris.

III

Etsi satis arbitrabar ex his quae a nobis supra²⁵ allata sunt Erasmi impietatem tibi esse perspectissimam, Pater Beatissime, quia tamen nonnulla illius alia opuscula postea reuoluens quaedam in eisdem repperi quae superioribus consona videbantur, visum nobis est quandoquidem hunc laborem semel assumpsimus vna opera omnes Erasmi insanias, omnes temeritates ac blasphemias in publicum prodere, vt norit Sanctitas tua, simul etiam et christiana respublica discat qualem hominem hactenus ecclesia nutriebat, cuius studia fouebat, quam deinde ille gratiam ac vt ita dixerim *antipelargōsin*²⁶ ob tam egregia beneficia catholicae matri rependerit veterum errorum suscitator, nouorum adinuentor, christianorum irrisor, ecclesiae calumniator, monachorum persecutor, sacerdotum lapidator, episcoporum repraehensor, in ipsos quoque Summos Pontifices vt impiissimus ita et acerrimus inuector. Hic ille est Erasmus Roterodamus, immensa librorum congerie a se edita per totum orbem decantatus. Cuius ingenium omnes mirabantur, cuius studia laudibus ferebant, cuius eloquentia non Batavos, vnde genus trahit, sed Latium ipsum redolere videbatur. Qui si exuberantes ac feruidos intra pectus cogitatus rationis temperamento moderari voluisset, si luxuriantem eruditionem prudentiae falce ad mediocritatem resecasset, haud dubium futurum erat quin maximam inter scriptores nostri temporis laudem esset assecutus. Nunc autem cum donorum Dei prorsus oblitus, cui quicquid egregium mortales habent acceptum referre debent, in tantam superbiam fuerit elatus, vt perniciosas, temerarias, impias blasphemias

²⁵ In the first two books of Stunica's *Erasmi Roterodami blasphemiae et impietates*.

²⁶ « Cherishing in turn ». Stunica wrote the word in Greek characters. The only occurrence of the word in ancient literature mentioned in LIDDELL and SCOTT, *Greek-English Lexicon*, is a fragment of an unknown playwright. See Th. KOCK, *Comicorum Atticorum Fragmenta*, n° 939, Leipzig, 1888.

masque assertiones, proprio fidens ingenio, per omnes libros suos proferre fuerit ausus, in multis contra ecclesiastica dogmata aperte sentiendo, retundendus quidem est tua potestate, Pater Beatissime, ac humiliora sapere cogendus, vt tandem re ipsa possit persentiscere te esse summum ecclesiae pastorem, te totius orbis doctorem ac magistrum, cuius sententiae velit nolit debeat parcere.

Haec si feceris, Pater Beatissime, ac pro tua summa auctoritate immanissimos illius conatus potentissime represseris, non vnicum tantum hominem impietatis morbo detentum persanabis, sed et quamplurimos qui illius erroris libenter amplectuntur ad veram frugem haud difficile pertraxeris ²⁷.

IV

Haec ex Erasmi Annotationibus in Nouum Testamentum et Scholiis in epistolas diui Hieronymi et aliis eiusdem opusculis a nobis excerpta sunt, Pater Beatissime. Neque ignoramus posse et alia in iisdem libris reperiri his quam simillima, si quis ea diligentius indagarit, quae aut blasphemiam aut impietatem aut insaniam resipiant. In his autem quae Beatitudini tuae nunc legenda proposuimus, quidnam aliud Erasmus agit nisi officium ecclesiasticum, id est horas canonicas spernere, nisi Romanae ecclesiae primatum ac Summorum Pontificum potestatem aperte sugillare, nisi ecclesiae caerimonias lacessere, nisi opes eiusdem et imperia, quae inuidos eius oculos perstringunt apertissime damnare. Insultat ecclesiae triumphis, insultat et gloriae. Matrimonii leges rigidas existimat. Bellorum omne genus nullo facto discrimine passim calumniatur. Phariseos appellat Christi sacerdotes et Sardanapaliis addictos voluptatibus. Neque intactam relinquit confessionem quae ex ecclesiae praecepto a quolibet fidei quotannis exigitur. Decimarum quoque exactionem tyrannice ait a multis exerceri. Hieronymo blasphemiam non dubitat impingere. Damnat etiam ciborum delectum. Festis diebus vult modum imponere. Relligionem ecclesiam illustrantes acerbissimis verbis passim incessit, neque ecclesiasticum cantum omnino praetermittit. De iuramento item iudiciali haud recte sentire videtur. Censuras et anathemata, vali-

²⁷ What follows is a series of quotations from ERASMUS' *Scholia in epistolas Cypriani*, *Enchiridion*, *Enarrationes in Psalmos*, *Ratio seu Compendium verae theologiae*, *Epistola ad Dorpium*, *Encomium Moriae*, *Sileni Alcibiadis* and *Querela pacis*, each quotation being provided with Stunica's extensive critical remarks.

dissima in rebelles ecclesiae tela, inflatis buccis ²⁸ detestatur. Christianos cerimoniais plus quam Iudaicis onustos asseuerat.

Priscos praeterea illos orthodoxos, quod nepharium est credere, in Sacris Scripturis nonnulla ait de suo addidisse, aut excludendos aut refellendos haeticorum errores. Quod quidnam aliud est quam dicere Scripturas illos deprauasse, corrupisse, inuertisse ac pro libito immutasse, verisque testimoniis haeticas blasphemias non illos conuicisse, sed additiis et a se pro rei qualitate ex tempore confictis. Ob quam vel vnicam assertionem erroneam et scandalosam, Sanctarumque Scripturarum auctoritatem ac pondus eleuantem, etiam si aliae eiusmodi ab eo prolatae non essent, ac per totum orbem diuulgatae, merito erat coercendus, acerrimoque iudicio plectendus, melioraque ac saniora in posterum sapere ac in litteras mittere cogendus. Nam de peregrinatione et monastico secessu quid sentiat, non intestatum reliquit.

Miracula praeterea sanctorum atque imprimis diui Hieronymi conficta esse putat. Matrimonium in primitiua ecclesia non credit inter sacramenta ecclesiae numeratum. Hierosolymitanam peregrinationem tanquam inutilem aperte dissuadet, commentitia quaedam illic dicens incertaque monstrari.

Haeticos et scismaticos non vult ab ecclesia rescindi. Inter diuinas praeterea Scripturas legi ait hodie in templis monachorum somnia aut muliercularum delyramenta. De vitis sanctorum quae in ecclesia leguntur dubitat. Romani pontificis monarchiam non semper eandem fuisse asserit. Religionem ac fidem Romanorum perspectissimam ab ipsoque apostolo Paulo collaudatam non dubitat conuellere. Ecclesiarum episcopos acerrime reprehendit ac symoniace haereseos audaciter insinuat.

Bellum contra Turchas et caetero infideles non vno in loco videtur reprobare. Multa denique alia per omnes libros suos non dubitat proferre, quae ecclesiasticis dogmatibus ac sanae doctrinae aperte videntur contraire.

Quid autem de libro illo referam per omnia compita vulgatissimo ²⁹ quem *Mōrias encōmion* ³⁰, id est, *Stultitiae laudem*, egregius

²⁸ Cfr Suetonius, *De rhetoricis*, 29 : « bucca inflatior » (*Oxford Latin Dictionary*, s.v. bucca).

²⁹ In 1521, when Stunica completed his *Erasmii Roterodami blasphemiae et impietates*, twenty-four editions of the *Moria* had already appeared; see C. H. MILLER, introd. to *Moria*, in *A.S.D.*, t. IV-3, p. 40-54.

³⁰ Stunica gives this title in Greek characters.

magister titulauit? Quo in opere Stultitiae personam dedita opera indui voluit, quo virus illud teterrimum quod in animo iam diu conceperat apertis tandem faucibus euomeret. Plenum impietatis est opus illud, Pater Beatissime, plenum blasphemiae. Quicquid maledicentiae vsque est, id omne in eum librum congescit, admixtis de industria interdum salibus, quibus velut illecebris lectorum animos posset detinere. Quod si calumnias quae ad homines tantum pertinent velimus praetermittere, quod facile eas quis possit vel contemnere, vel simili moneta in auctorem ipsum refundere, quonam pacto praeterire poterimus quae ad sanctorum iniuriam Luciani illius Samosatensis verus imitator, qui, vt Lactantius refert, neque *diis* neque *hominibus* pepercit³¹ ore blasphemo eo in opere profudit? Sanctissimum Christi martyrem et inuictissimum athletam Christophorum verbis infaustis deridet, *Chrystophorum aliquem Polyphemum*, qui gygantea statura depingatur, appellans. *His rursus*, inquit, *affines sunt hi qui stultam quidem sed tamen incundam persuasionem induerunt, futurum si ligneum aut pictum aliquem Polyphemum Christophorum aspexerint eo die non sint perituri*³².

De diuo etiam Georgio, *Iam vero*, ait, *Georgium etiam Herculem inuenerunt quem ad modum et Hippolytum alterum. Huius equum phaleris ac bullis relligiosissime adornatum tantum non adorant ac subinde nouo quopiam munusculo demerentur. Per huius aeream galeam deierare plane regium habetur*³³.

Et infra de iisdem martyribus *Item si quis*, inquit, *sit diuus fabulosior et poeticus, quod si exemplum requiris, finge huius generis Georgium aut Christophorum aut Barbaram, videbitis hunc longe relligiosius coli quam Petrum et Paulum aut etiam ipsum Christum*³⁴.

Quid quod et fidelium relligiosas in singulos sanctos ac praecipue in Beatissimam Virginem affectiones deuotionesque, morborum ac periculorum aduersitatum denique omnium eisdem sanctis diuina gratia concessas depulsiones miris irrisionibus, cachinnis ac sybilis, non secus ac quispiam ex ethnicorum turba prosequitur? *Quid iam*, inquit, *nonne eodem fere pertinet, cum singulae regiones suum aliquem peculiarem vindicant diuum, cumque in singulos sin-*

³¹ LACTANTIUS, *Diuinae Institutiones* I (= *De falsa religione*), 9, 8, ed. Sam. BRANDT, *C.S.E.L.*, t. 19, p. 32, line 20 : « Lucianus, qui diis et hominibus non pepercit ».

³² *Moria*, *A.S.D.*, t. IV-3, p. 122, l. 961-963.

³³ *Moria*, *A.S.D.*, t. IV-3, p. 122, l. 966-969.

³⁴ *Moria*, *A.S.D.*, t. IV-3, p. 130, l. 106-109.

*gula quaedam partiuntur, singulis suos quosdam culturae ritus attribuant, ut hic in dentium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius rem furto sublatam restituat. Hic in naufragio prosper affulgeat, ille gregem tueatur, atque item de caeteris, nam singula percensere longissimum fuerit. Sunt qui singuli pluribus in rebus valeant, praecipue Deipara Virgo, cui vulgus plus prope tribuit quam Filio*³⁵.

De cultu autem imaginum quid senserit, ex his quae statim referam aperte licet coniectari. *Nec iam usque adeo, inquit, stulta sum (loquitur enim apud illum Stultitia), ut saxeas et coloribus fucatas imagines requiram, quae cultui nostro nonnumquam officiant, cum a stupidis et pinguibus istis signa pro diuis ipsis adorantur*³⁶. Et alio in loco : *Verum haud apparet eis tum fuisse reuelatum una eademque adoratione adorandam imagunculam carbone delineatam in pariete et Christum ipsum, si modo duobus sit porrectis digitis, intonsa coma, et in umbone qui adheret occipitio tres habeat notas*³⁷.

Cum vigilantia item haeretica caereorum de die accensionem calumniatur cum inquit : *Quanta turba eorum qui Deiparae Virgini cereolum affigunt, idque in meridie, cum nihil est opus*³⁸?

De indulgentiis praeterea ac de purgatoriis paenis et de inferis haud recte illum sentire apparet cum ait : *Nam quid dicam de his qui sibi fictis scelerum condonationibus suauissime blandiuntur, ac purgatorii spacia veluti clepsydris metiuntur, saecula, annos, menses, dies, horas, tanquam e tabula mathematica citra illum errorem dimetientes*³⁹. Et paulo ante : *Caeterum illud hominum genus haud dubie totum est nostrae farinae qui miraculis ac prodigiis gaudent mendaciis vel audiendis vel narrandis. Nec vlla sacietas talium fabularum, cum portentosa quaedam de spectris, de lemuribus, de laruis, de inferis, deque id genus milibus miraculorum commemorantur. Quae quo longius absunt a vero, hoc et creduntur lubentius et iucundiore pruritu titillant aures. Atque haec quidem non modo ad leuandum horarum tedium mire conducunt, verum etiam ad quaestum pertinent, praecipue sacrificis et concionatoribus*⁴⁰.

Et infra de theologis agens : *Verum an non faelicissimi dum haec*

³⁵ *Moria, A.S.D.*, t. IV-3, p. 124, l. 990-996.

³⁶ *Moria, A.S.D.*, t. IV-3, p. 134, l. 175-178.

³⁷ *Moria, A.S.D.*, t. IV-3, p. 152, l. 441-444.

³⁸ *Moria, A.S.D.*, t. IV-3, p. 134, l. 170-171.

³⁹ *Moria, A.S.D.*, t. IV-3, p. 122, l. 970; p. 124, l. 973.

⁴⁰ *Moria, A.S.D.*, t. IV-3, p. 120, l. 953; p. 122, l. 960.

agunt? Praeterea dum inferorum res omnes sic ex amussim depingunt, tanquam in ea republica complures annos sunt versati ⁴¹?

Quid quod et omnium christianorum vitam superstitionibus ac delyratationibus plenam esse ait, quas sacerdotes lucri causa refert sustinere?

*Non mihi, inquit, si linguae sunt centum oraue centum,
ferrea vox omnis fatuorum euoluere formas,
omnia stulticiae percurrere nomina possem,*

vsque adeo omnis omnium christianorum vita istius modi delyratationibus vndique scatet. Quas ipsas tamen sacrifici non grauatim et admittunt et alunt, non ignari quantum hinc lucelli soleat accrescere ⁴².

De Romanis autem pontificibus ac de curia Romana quid in eo opere effutierit, horret animus referre. Pauca tamen ex maximo aceruo proferam, quae beluae istius venenatam rabiem omnibus ostendant. *Tantum, inquit, opum, tantum honorum, tantum ditionis, tantum victoriarum, tot officia, tot dispensationes, tot vectigalia, tot indulgentias, tantum equorum, mulorum, satellitum, tantum voluptatum. Videtis quantas nundinas, quantam messem, quantum bonorum pelagus paucis sim complexa* ⁴³. Et paulo post : *Neque vero negligendum illud, futurum vt tot scriptores, tot copistae, tot notarii, tot aduocati, tot promotores, tot secretarii, tot mulotribae, tot equisones, tot mensarii, tot lenones (pene mollius quiddam addideram, sed vereor ne durius sit auribus), <in summa, tam ingens hominum turba>* ⁴⁴, quae Romanam sedem onerat (lapsa sum, honorat sentiebam), ad famem adiguntur. *Inhumanum quidem hoc et abominandum facinus ac multo magis detestandum ipsos etiam summos ecclesiae principes ad peram et baculum reuocari. At nunc fere, si quid laboris est, id Petro et Paulo relinquunt, quibus abunde satis est ocii. Porro si quid splendoris aut voluptatis, id sibi sumunt. Atque ita fit mea quidem opera, vt nullum pene hominum genus viuat mollius minusque sollicitum, vt qui abunde Christo satisfactum existiment, si mystico ac pene scenico ornatu, cerimoniis, beatitudinum, reuerentiarum, sanctitatum titulis, et benedictionibus ac maledictionibus episcopos agant* ⁴⁵.

⁴¹ *Moria*, A.S.D., t. IV-3, p. 158, l. 504-506.

⁴² *Moria*, A.S.D., t. IV-3, p. 126, l. 11-16. Cfr VERG., *Aen.* VI, 625-627.

⁴³ *Moria*, A.S.D., t. IV-3, p. 172, l. 774-777.

⁴⁴ The words « in summa ... turba » are missing in the MS., but they are syntactically indispensable; I supplied them, therefore, from the *Moria*.

⁴⁵ *Moria*, A.S.D., t. IV-3, p. 172, l. 779-792. Stunica omits « ac vera mundi lumina » in l. 785.

Omitto reliqua quae longissima eademque impiissima oratione homo capitis moti ⁴⁶ et Hippocratis vinculis ⁴⁷ alligandus in hanc sententiam persequitur in sanctissimos Christi Dei nostri vicarios, in viros apostolicos, non iam *caninam*, quod aiunt, sed diabolicam ac satanicam *facundiam* ⁴⁸ exercens.

Illud addam me sine dubio existimare librum illum perniciosissimum ansam vel maximam dedisse Lutherio haeretico eiusque miserrimis sectatoribus sacrosanctam ecclesiae sedem apostolicam audentius impetendi atque in eandem non minus impiissime quam impudentissime debacchandi. Si Iulianus Apostata, qui christianos per derisum Galileos appellabat ⁴⁹, si blasphemus ille Porphyrius, si Celsus epicureus, si quotquot denique gentilium Christi ecclesiam maledictis ac conuiciis sunt insectati, ab inferis reuixissent, non tantum amaritudinis ac virulentiae simul omnes profudissent, quantum solus Erasmus Roterodamus vnico illo libro contra omnium christianorum ordinem euomuit.

Tua igitur refert, Pater Sanctissime, spiritali claua latrantis Cerberi caput confringere, linguam magniloquam, quam regius propheta ⁵⁰ disperdendam imprecatur, prorsus compescere, blasphemias, impietatibus, insaniis, temeritati denique hominis, ne et alios, quod verendum est, in baratrum perditionis ac infidelitatis secum pertrahat, quam citissime resistere. Quod si non neglexeris, Pater Beatissime, non exiguam tempestatem quae nisi prouidentia tua affulserit ex huiusmodi haeresibus ecclesiae videtur imminere, facile propelles, ac in reliquum te auctore, te duce perpetua pace et tranquillitate ecclesia catholica fruetur aspirante Christo Deo Optimo Maximo. Qui Beatitudinem tuam cum summa prosperitate et gloria per multos annos seruare dignetur. Amen.

Leiden.

H. J. DE JONGE.

⁴⁶ Cfr SENECA, Ep. 114, 8 : « motum illi (sc. Maecenati) felicitate nimia caput » (*Oxford Latin Dictionary*, s.v. caput Id).

⁴⁷ Stunica is obviously thinking of some sort of chains used to keep frantics under control.

⁴⁸ Cfr SALLUSTIUS, *Hist.*, IV, 54 : « canina, vt ait Appius, facundia exercebatur » (*Oxford Latin Dictionary*, s.v. caninus).

⁴⁹ « Galilaioi » is Julian's usual designation of the Christians.

⁵⁰ DAVID, *Ps.* 11 : 4.